



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De locutione turpium, §. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

quis respicit mulieres affectu
venereo, sine progressu ad eas
concupiscendas: quia tunc vi-
detur similiter, interius, dele-
ctatio tota consummari. At si
easdem venereo mortali affectu
tangeres: quia, exterius, actio
consummatur, esset personæ
conditio declaranda.

De locutione turpi sistente
in sola locutionis delectatione,
dicam mox §. sequenti.

De unico actu desiderii ver-
santis circa multa objecta dixi
c. 1. §. 8. & 9.

§. II.

De Locutione turpium.

TRia hic incidunt expen-
denda. Primo, an qui
turpia cum peccato mortali col-
locutus est, debeat explicare ma-
teriam confabulationis; nempe
se sermonem miscuisse de adul-
terio,

terio, stupro, sodomia, &c. Secundo an numerum personarum, coram quibus habita sunt colloquia. Tertio an conditiones earundem personarum, utrum scilicet sint Sacerdotes, nupti, soluti? De his duobus postremis satis disputavimus supra cap. 1. §. 17. de scandalo. Superest ergo hic agere dumtaxat de primo.

6 Circa quod, si dum de turpibus confabularis, eadem concupiscas: certum est materiam seu objectum omnino declarandum, ut ex præcedente §. constare potest. At hic propria difficultas est. An si loquaris de prædictis, solum delectando te in his locutionibus, sed sine desiderio, idem dicendum sit?

7 Respondeo, si solum de ipsa narratione turpi delecteris: probabile est satis tibi esse dicere. Turpiter loquutus sum, delectando me de ipsa turpium narratione. Sed quid si delecteris

de ip
præf
desid
Resp
non
obje
teria,
fortè
sunt,
Etis §
eadem
Qu
lum fo
cam in

D

8 F
quenti
cata in
sunt n
rias ex
go prin

de ipsis rebus, seu objectis re-
praesentatis per locutionem, sine
desiderio tamen, ut dictum est?
Respondeo esse item probabile
non necessario explicanda ipsa
objecta: an scilicet fuerint adul-
teria, supra, sacrilegia, &c. nisi
fortè delecteris de his, ut tales
sunt. Ratio est eruenda ex di-
ctis §. praecedente, est enim ferè
eadem.

Quatenus locutio est scanda-
lum sociis colloquentibus, di-
cam infra §. 4. n. 25.

§. III.

De Jactantia, & Consilio.

Hic de his differendum
putavimus, quia fre-
quentissima sunt ejusmodi pecca-
cata in materia sexti praeccepti
sunt nihilominus ad alias mate-
rias extendenda. Quærimus er-
go primò, an qui se jactat, seu
K laudat